

Band IV., Nr. 1040, Seite 90-93

Papst Innozenz IV. nimmt die Kirche in Backnang in seinen unmittelbaren Schutz, bestätigt derselben, teilweise unter namentlicher Aufzählung, den Besitz ihrer Güter und Rechte und erteilt ihr verschiedene weitere Begünstigungen.

Lyon, 1245. April 11.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito ecclesie de Backnang eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis [in perpetuum]^a. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et ecclesiam de Backnang, Spirensis diocesis, in qua divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus [inviolabiliter]^b observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste ac canonicè possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis, curiam que dicitur mons, areas, curtes, domos, redditus, silvas, agros, tria molendina, piscariam et quicquid habetis apud opidum Backnang, hospitale ibidem positum cum suis pertinentiis, Germarswyler, Mupach, Hyningen, Remse¹, Vautswyler², Aglinswiler³, Conwyler, Murre⁴, Rudelsperg inferius et superius⁵, capellam sancti Iohannis sitam ibidem, Iüchs cum omnibus pertinentiis eorundem,

^aHier ist in der Abschrift eine Lücke gelassen. In *PP. M. (C)*, *in pp. M (B)*, *ad perpetuam rei memoriam (P)*.

^bDieses Wort fehlt in der Abschrift, dgl. bei P, steht aber bei C, B.

¹Waldrems.

²Schon im Anfang des 16. Jahrhunderts abgegangenes Örtchen, das in den Stab und das Gericht zu Unterweissach gehörte.

³Ellenweiler.

⁴Wegen dem unten aufgeführten Murr wahrscheinlich Vorder- und Hinterwestermurr.

⁵Rudersberg mit dessen Parzelle Oberndorf.

II

Wissach inferius et superius⁶ cum molendino, Hittinspach, Bruden⁷, Tresselbach⁸, Sachsenwiler et Rodmansperg, Rodmaswyler⁹, Klaffenbach, Schlechtbach et quicquid habetis circa montem supra et ultra, quicquid habetis in parochia Backgnancensi, Rychenbach cum suis pertinentiis ante castrum Richenberg, bona et molendinum, [Sciura¹⁰, Giselmar¹¹], aquam salsuginis in Halle¹² cum suis pertinentiis, in Landtsidel ecclesiam sancti Pangratii cum decimis, redditibus et omnibus suis pertinentiis, Kuppher, Balderichezroden¹³, Sigewinswyler¹⁴, Eguerstetten¹⁵, Zwingelhusen, Kircpereg cum decima et bonis aliis, Luter¹⁶, Botwar inferius¹⁷ cum suis pertinentiis, bona in superiori Botwar¹⁸, Bilstain, [Einote]^c, Grüppenbach¹⁹, Heppfikem, Murr, Blydelshem, Ingersheim²⁰, Basekain, Mondelsheim, Othmarsheim, Gamerkam²¹ curiam, molendinum et ecclesiam^d sancti Iohannis cum suis pertinentiis, Westham²², Osthem²³, Erenkam, Nedemerspach, bona in Wyler, Schwaickam, molendinum Staina, Hart²⁴, Azzemanaswyler²⁵, Siglerhusen, ecclesiam sancti Martini cum curia et omnibus pertinentiis suis, decimam in Bittenfeldt et in Renshofen bona, Velbach curiam, vineas et areas cum suis pertinentiis, Bercka²⁶ et Gronbach cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et in omnibus aliis libertatibus

^cHier ist in der Abschrift eine Lücke gelassen.

^dVon *S. Iohannis* an bis zur Wiederkehr des Wortes *ecclesiam* fehlt bei P.

⁶Ober- und Unterweissach.

⁷Ober-, Mittel- und Unterbrüden.

⁸Der heutige Ober-, Mittel- und Unterdresselhof ?

⁹Rodmansweiler; so hießen zwei im Dreißigjährigen Krieg abgegangene Höfe bei Rundersberg, welche später als ein besonders eingesteinter, anfangs öder Weid- und Waldbezirk an diese Gemeinde kamen (Lagerbuch des Stifts Backnang von 1769).

¹⁰Unter Berücksichtigung des Sciwerin der früheren Backnanger Urkunde (WUB Bd. III, S. 276, Nr. 783) ohne Zweifel Schiffraim.

¹¹Unermittelt, vgl. WUB Bd. III, S. 276, Nr. 783.

¹²Schwäbisch Hall.

¹³Beltersrot ?

¹⁴Sigisweiler ?

¹⁵Erbstetten ?

¹⁶Vielleicht Lautern.

¹⁷Kleinbottwar.

¹⁸Großbottwar.

¹⁹Ober- und Untergruppenbach.

²⁰Groß- und Kleiningersheim.

²¹Gemrigheim.

²²Neckarwestheim.

²³Auenstein.

²⁴Kirschenhardthof.

²⁵Imsenweiler-, jetzt Gollenhof.

²⁶Ober- und Unterberken.

III

et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus hactenus aliquis non percepit, sive [de]^e animalium vestrorum nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos, e^f seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit sine prepositi sui licentia de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere, discedentem vero absque comunium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes canonicorum qui ad ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochie vestre nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis et episcops archidiaconis sive decanis et aliis omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut publici usurarii, nullus obsistat, salva tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et^g liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte te vero, nunc eiusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum nullus ibidem qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ecclesie ve-

^e *de* steht in C, B, P.

^f So C, B, P, die Abschrift wohl irrig: *a*.

^g In C, B, P steht hier noch das Wort *legitime*.

IV

stre concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum^h, a regibus et principibus vel fidelibus aliis rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integreⁱ conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate ac diocesani episcopi canonica iustitia ac in supradictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove conmonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, rea[m]que se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen^j.

 (*Rundzeichen*^k.)
Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus, [subscripsi]^l.

 Ego Otto, Portuensis [et] sancte Rufine episcopus, [subscripsi]^m.

 Ego Petrus, Albanensis episcopus, [subscripsi].

 Ego Willelmus, Sabiniensis episcopus, [subscripsi].

 Ego Odo, Tusculanus episcopus, [subscripsi].

 Ego Petrus, tituli sancti Marcelli presbyter cardinalis, subscripsiⁿ.

 Ego Willelmus^o, basilice duodecim apostolorum presbyter cardinalis, subscripsi.

 Ego frater Ioannes, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, subscripsi.

 Ego frater Hugo, tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, subscripsi.

 Ego Petrus, sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, [subscrip-

^h *actionum* (C, B), *exemptionum* (P).

ⁱ *integra* (C, B).

^j In C, B ist *Amen* wiederholt. Den nun folgenden Schluss der Urkunde haben sämtliche Drucke ganz unvollständig.

^k Mit *Sanctus Petrus* und *Sanctus Paulus* in den beiden oberen, und *Innocentius papa III.* in den unteren Kreissegmenten, und der Umschrift: *Notas mihi fac, domine, vias vite.*

^l Das Zeichen für *Bene valete* hinter dieser Unterschrift fehlt.

^m Die Mittelreihe der Bischöfe ist in der Abschrift irrtümlicherweise unter die der Presbyter gesetzt.

ⁿ Die in der Abschrift dafür gesetzte Abkürzung heißt eigentlich *subscripsit*. Sie steht nur hinter dieser und den drei folgenden Unterschriften.

^o Die Abschrift hat unrichtig *Slls* mit Abkürzungsstrich darüber, auch ist vor dieser und der nächstfolgenden Unterschrift das Handzeichen des Kreuzes beigelegt.

si].

 Ego Ioannes, sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, [subscripsi].

 Ego Willelmus, sancti Eustachii diaconus cardinalis, [subscripsi].

 Datum Lugduni, per manum magistri^P Martini, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, III. idus Aprilis, indictione III., anno dominice incarnationis MCCXLV., pontificatus vero domni Innocentii pape quarti anno secundo.

—

Nach einer dem 15. Jahrhundert angehörigen Abschrift, welche mit einigen anderen, teils gleichzeitigen, teils späteren unter der Aufschrift „*Backnang, Copien von alten Briefen*“ zu einem Heft (in Folio) verbunden ist.

 Weder die genannte Abschrift, noch die verschiedenen Drucke (vgl. unten) sind korrekt, die erstere scheint, namentlich was die Rechtschreibung der Ortsnamen betrifft, im allgemeinen den Vorzug vor den Drucken zu verdienen. Von den Drucken dürfte Besold (im Folgenden mit B bezeichnet) auf Crusius (C) beruhen, während Petrus (P), der in seinen beiden Werken fast buchstäblich gleichlautend ist, etwas selbständiger erscheint. Im Folgenden wird auf eine Dokumentation der Buchstabenabweichungen bei den Ortsnamen in den Drucken verzichtet. Nachgewiesen werden hingegen bedeutendere textkritische Abweichungen.

^P*Magni* (C, B, P).

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 9 a, Bl. 8-9

Editionen:

Crusius: Annales Suevici, Bd. 3,2, S. 59. Besold: Documenta ecclesiae, Bd. 1, S. 3. FRANZ PETRUS: Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...], Augsburg 1699, S. 121. MICHAEL KUEN (HRSG.) : Collectio scriptorum rerum historico-monastico-ecclesiasticarum variorum religiosorum ordinum, 6 Bde., Ulm 1755-68, Bd. 3, Lit. B, S. 147.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lyon

Aussteller:

Innozenz IV.; Papst

Ortsindex:

Alba, Piemont, Italien
 Auenstein Wohnplatz (1987)
 Auenstein, Ilsfeld, HN
 Backnang Wohnplatz (1312)
 Backnang, WN
 Beilstein Wohnplatz (1856)
 Beilstein, HN
 Beltersrot Wohnplatz (2469)
 Beltersrot, Kupferzell, KÜN
 Besigheim Wohnplatz (887)
 Besigheim, LB
 Bittenfeld Wohnplatz (1618)
 Bittenfeld, Waiblingen, WN
 Cunenweiler Wüstung (21796)
 Cunenweiler, Welzheim, WN, W
 Einöd Wohnplatz (1697)
 Einöd, Aspach, WN
 Ellenweiler Wohnplatz (1511)
 Ellenweiler, Oppenweiler, WN
 Erbstetten Wohnplatz (1336)
 Erbstetten, Burgstetten, WN
 Erligheim Wohnplatz (955)
 Erligheim, LB
 Fellbach Wohnplatz (1340)
 Fellbach, WN
 Gemmrigheim Wohnplatz (961)
 Gemmrigheim,

LB
 Germannsweiler Wohnplatz (1313)
 Germannsweiler, Back-
 nang, WN
 Giselmars Wüstung (21775)
 Giselmars, Oppenwei-
 ler, WN, W
 Gollenhof Wohnplatz (1431)
 Gollenhof, Leu-
 tenbach, WN
 Großbottwar Wohnplatz (980)
 Großbottwar,
 LB
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, In-
 gersheim, LB
 Grunbach Wohnplatz (1741)
 Grunbach, Rems-
 halden, WN
 Heiningen Wohnplatz (1314)
 Heiningen, Back-
 nang, WN
 Heutensbach Wohnplatz (1274)
 Heutensbach,
 Allmersbach im Tal, WN
 Hinterwestermurr Wohnplatz (1458)

 Hinterwestermurr, Murrhardt, WN
 Höpfigheim Wohnplatz (1097)

 Höpfigheim, Steinheim an der Murr, LB
 Jux Wohnplatz (1580)

 Jux, Spiegelberg, WN
 Kirchberg an der Murr Wohnplatz (1420)

 Kirchberg an der Murr, WN
 Kirschenhardthof Wohnplatz (1337)

 Kirschenhardthof, Burgstetten, WN
 Klaffenbach Wohnplatz (1540)

 Klaffenbach, Rudersberg, WN
 Kleinbottwar Wohnplatz (1098)

 Kleinbottwar, Steinheim an der Murr, LB
 Kupfer Wohnplatz (3446)

 Kupfer, Untermünkheim, SHA
 Lautern Wohnplatz (1602)

 Lautern, Sulzbach an der Murr, WN
 Lendsiedel Wohnplatz (2991)

 Lendsiedel, Kirchberg an der Jagst, SHA
 Lyon, Dep. Rhône, Frank-
 reich
 Maubach Wohnplatz (1318)
 Maubach, Backnang, WN

 Mittelbrüden Wohnplatz (1300)
 Mittelbrüden, Auenwald, WN

 Mitteldresselhof Wohnplatz (1635)
 Mitteldresselhof, Weissach im
 Tal, WN
 Mundelsheim Wohnplatz (1065)
 Mundelsheim, LB

 Murr Wohnplatz (1069)
 Murr, LB
 Neckarwestheim Wohn-
 platz (2114)
 Neckarwestheim, HN
 Nellmersbach Wohnplatz
 (1434)
 Nellmersbach, Leutenbach, WN
 Oberberken Wohn-
 platz (1566)
 Oberberken, Schorndorf, WN
 Oberbrüden Wohn-
 platz (1301)
 Oberbrüden, Auenwald, WN
 Oberdresselhof
 Wohnplatz (1636)
 Oberdresselhof, Weissach im Tal, WN

 Obergruppenbach Wohnplatz (2220)
 Obergruppenbach, Unter-
 gruppenbach, HN
 Oberndorf Wohnplatz (1547)
 Oberndorf,
 Rudersberg, WN
 Oberweissach Wohnplatz (1637)
 Oberweissach,
 Weissach im Tal, WN
 Ottmarsheim Wohnplatz (889)
 Ott-
 marsheim, Besigheim, LB
 Pleidelsheim Wohnplatz (1082)

 Pleidelsheim, LB
 Porto, Latium, Italien
 Reichenbach Wohn-
 platz (1513)
 Reichenbach, Oppenweiler, WN
 Reichenberg
 Wohnplatz (1514)
 Reichenberg, Oppenweiler, WN
 Rensho-
 fen (Riezhofen) Wüstung (21793)
 Renshofen (Riezhofen), Waib-
 lingen, WN, W
 Rodmannsweiler Wüstung (21781)
 Rod-
 mannsweiler, Rudersberg, WN, W
 Rom, Latium, Italien

 Rottmannsberg Wohnplatz (1302)
 Rottmannsberg, Auenwald, WN

VIII

Rudersberg Wohnplatz (1548)
 Rudersberg, WN
 Sabina
 Sachsenweiler Wohnplatz (1325)
 Sachsenweiler, Backnang, WN
 Santa Rufina, Latium, Italien
 Schiffrain Wohnplatz (1518)
 Schiffrain, Oppenweiler, WN
 Schlechtbach Wohnplatz (1551)
 Schlechtbach, Rudersberg, WN
 Schwaikheim Wohnplatz (1574)
 Schwaikheim, WN
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Siegelhausen Wohnplatz (1038)
 Siegelhausen, Marbach am Neckar, LB
 Sigisweiler Wohnplatz (3299)
 Sigisweiler, Schrozberg, SHA
 Speyer, SP
 Steinächle Wohnplatz (874)
 Steinächle, Affalterbach, LB
 Toscolano, Lombardei, Italien
 Unterberken Wohnplatz (1570)
 Unterberken, Schorndorf, WN
 Unterbrüden Wohnplatz (1309)
 Unterbrüden, Auenwald, WN
 Unterdresselhof Wohnplatz (1639)
 Unterdresselhof, Weissach im Tal, WN
 Untergruppenbach Wohnplatz (2224)
 Untergruppenbach, HN
 Unterweissach Wohnplatz (1640)
 Unterweissach, Weissach im Tal, WN
 Vautsweiler
 Vorderwestermurr Wohnplatz (1497)
 Vorderwestermurr, Murrhardt, WN
 Waldrems Wohnplatz (1333)
 Waldrems, Backnang, WN
 Weiler zum Stein Wohnplatz (1435)
 Weiler zum Stein, Leutenbach, WN
 Zwingelhausen Wohnplatz (1424)
 Zwingelhausen, Kirchberg an der Murr, WN